



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Iubetur scribere co[n]tra Centurias Hæreticorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

vt se in societatem acciperet: voto se ad hanc disciplinam iam pridem obstrictum. Viennenses autem Patres, cum turbarum ab ipsius gente metu non recepissent, spem ostendisse, fore vt à Canisio reciperetur. Stanislaus Kostka hic erat, quem statim ex quodam spirantis sanctitatis afflatu dilectum Pater benignè excepit iis hospitalibus lautitiis, quæ familiares sunt Crucem Christi, & studia seculo diuersa sectantibus. In Conuictorum enim Contubernio Dilingano famularibus ministeriis addixit; aliquandiūq; ibi exercitum sanctam in Urbem misit cum præclara commendatione, quæ non abhorret à futuræ eius sanctitatis præfagio.

Inter hæc Romanis ipse literis certior fit, optate Pium Quintum Pōtificem summum, vt, quoniam compositæ ab Hæreticis Magdeburgensibus, vulgatæq; Historiarum centuriæ, quanquam refertæ mendaciis, vim tamen habebāt magnam ad circumueniendas simpliciorum mentes, conscriberet ipse breuem, sed succi plenam, robustamque confutationem, quæ in apertum tractis eorum fraudibus speciosam illam falso quæsitam autoritatis vmbra, perniciosèq; grassantem ad vulgus,

Recepit
Pium
Canisio

tubetur scribere
ve contra Cen-
turias Hæretic-
orum.

Quædam enim
hæreticis
liberibus
scriptis

vulgus, veritatis admota luce disiceret. Ad eam denuntiationem inter modestiam Viri Dei, opinionemq; de se abiectissimam cum inexplorata, subitaq; obedientia contentionis non nihil fuit. Sed omnem controuersiam statim ad Præpositū Generalem, vti semper consueuerat, detulit: eique, vbi se totum aperuit, componendam, ac diiudicandam reliquit: non recusaturus laborem, quem se omnem obedientiæ sanctæ sciret debere, & Præpositi nutum, duce Deo, fideliter secuturus. Interim, ne quod vnquam tempus operosus vir in vno duntaxat, simplici opere negotioq; exigeret, super Prouinciæ curas recognitionē habebat in manibus Romani ad Parochos Catechismi Eū Catechismū germanice Paul. Hoffæ⁹ vertebat ipsiq; Canisio item Pontificis iussu curandæ versionis, eiusque recognoscendæ ac probandæ de mandato negotium erat. Vbi vero responsum perlatum est à Præposito Borgia, vt stylum aduersus Centurias omnino sumeret, primū omnium summa reuerentia, & promptissima voluntate velut ab Christo ipso profectū excepit imperium deinde ad opus arduum, & quod supra vires retribatur suas, ritè aggrediendum, & aptè prosequendum

*Recognoscit
Versionem Ro-
mani Catechis-
mi.*

*Quo animo, &
apparatu ad
scribendum ac-
cesserit.*

august